

P A R S T E R T I A.

quæ secundum qualitatem excessus proportionum metitur, veluti si dicat Arithmetica. quis, 12 ad 8, eam habere rationem, quam 16 ad 12, eò quod uterque excessus æqualis sit. Demum in Geometricam, quam in præsentia tracta. trica. mus.

Ea est duarum eiusdem generis quantitatum certa ad inuicem habitudo. Diuiditur in duplicum proportionem, nempe æqualitatis & inæqualitatis. Proportio æqualitatis est, dum duæ quantitates æquales ad inuicem comparantur, vt 6 ad 6, 100 ad 100. De hac nihil amplius dicendum est. Proportio inæqualitatis, quæ est dum duæ inæquales quantitates eiusdem tamen generis, ad inuicem conseruntur. Diuiditurque in proportionem maioris inæqualitatis & minoris, quæ sanè non alia ratione dissident, quam quod in illa maior ad minorem confertur, vt 6 ad 1, sextuplam habet proportionem, contra

Propor-
tio æqua-
litatis
& ina-
qualita-
tis.

Maioris
inæqua-
litatis.